Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et mulestisare sapienter de omnibus que fiunt sub sole. hanc occupacoem pessimam dedit deus filiis hominum ut occuparentur ea eam. Vidi cuncta que fiunt sub sole. et ecce uniuersa uanitas et afflicio spiritus. Peruersi difficile corrigunturur. stultorum infinitus est numerus. Locutus sum cum corde meo dicens. ecce magnus efficus sum et precessi sapienciam omnes qui fuerunt ante me in irlm. et mea contemplata est multa sapiencia et didici. Dedique cor meum ut scirem prudenciam atque doctrinam. errores que et stulticiam. Et cognouui quod unus esset labor et afflicio spiritus. eo quod in multa sapiencia multa sit indignacio. et qui addit sciencia addit dolorem. II

Dixi ergo in corde meo. vadam et affluam deliciis et fruar bonis et uidi quod hoc quoque esset uanitas. Risum reputaui errore et gaudio dixi. Quid frustra deceperis. Cogitaui corde meo abstrahere carnem meam et animum meum transferre ad sapienciam. deinde que stulticiam donec uiderem quid esset utile filiis hominum quo facto opus est sub sole in numerum dierum uite sue. Opus magnificaui opera mea. hedificaui mihi domos plantaui uineas. feci ortos et pomeria et consecuta sum cuncti generis arboribus. Et extruxi mihi piscinas aquarum ut irrigarem siluam lignorum germinantium possedi seruos et ancillas multamque familiam habui armenta quoque et magnos ouium greges ultra omnes qui fuerunt ante me in irlm. Congeruauimihi argentum et aurum et substancias regum ac prouinciarum feci mihi cantores et cantatrices et delicias filiorum hominum. Cyphos et urceolos in ministerio ad vina fundenda. Et sup gressus sum opibus omnes qui ante me fuerant in irlm. Sapiencia quoque perseuerauit mecum et omnia que deliderauit oculi mei non negauit eis et non prohibui cor meum quin omni uoluntate fruere et oblectaret se in hoc quod parauerat et hanc partem meam si uteretur labore suo. Cumque me uertissem ad uniuersa opera que fecerant manus mee et labores in quibus frustra fuerat laboratum. Vidi in omnibus uanitatem et afflicionem animi et nihil permanere sub sole. Transiui ad contemplandam sapiam errores que et stulticiam. Quid est inquam homo ut sequi possit regem factorem suum. Et uidi quia tantum precederet sapiencia stulticiam quantum differt lux a tenebris. Sapiens oculi in capite eius. stultus in tenebris ambulat. Et didici quod unus utrumque esset interitus. Et dixi in corde meo.

379